per aliquot annos devote ministraverat. c. (Forts.) Cui, ut aiunt — in basilica beate Elyzabeth = Mont. S. 398.

Elisabeth war gegen ihren Willen mit Ludwig verlobt und vermählt worden.

IV. p. 9. Cumque beata — matrimonio iuncta = Mont. S. 48.

Charakteristik Ludwigs, Elisabeth spricht zu ihm den Wunsch nach dem Landleben aus, Anekdote von Ludwigs Keuschheit, er lässt Passionsspiele in Eisenach aufführen, sein Tod.

V. p. 9—10. a. Erat autem idem Ludowicus — malis durus erat = M. S. 59. Var.: 1) 'eius iudiciis', Mont. 'eis iudiciis'; 2) 'omni personarum', Mont. 'omnium personarum'. b. Sicut a domino Theoderico didici, venerabili archiepiscopo Treverensi, cum nocte quadam simul in lecto iacerent et vigilarent, beata Elyzabeth hiis verbis maritum allocuta est: vere, domine, inquit, ego cogitavi vitam bonam nobisque necessariam, per quam deo utiliter servire possemus. Respondente lantgravio: quenam est vita illa, subiunxit: Vellem nos tantum habere terram aratri unius et oves ducentas, ita ut vos terram eandem manibus vestris excoleretis et ego oves mulgerem. Ad quod verbum lantgravius subridens et simplicitati eius congratulans iocose respondit: Eya, soror, si haberemus terram aratri unius et ducentas oves, non essemus pauperes, sed divites. . . Castitatis atque tocius boni amator idem lantgravius erat, haud dubium quin gracia mulieris sancte. Cui fidem thori tum ex dei timore tum ex mutuo amore illi servare studuit. Quod quidam ex militibus eius considerantes et tante gracie invidentes, tempore quodam dicebant ad illum: Domine, cur non facitis sicut ceteri principes et nobiles? Raro esse potestis cum domina vestra et iuventuti vestre difficile est continere; quare ergo puellis non utimini? Et tacuit ille. Quod verbum cum aliquo tempore repeterent, commotus respondit: Vos, domini, sicut diligitis graciam meam, cavete, ne de cetero faciatis mihi mencionem huius verbi; uxorem habeo, cui fidem servare teneor. c. Qui beatus — presentes erant = Mont. S. 185. Var.: 1) 'beatus', M. 'bis'; 2) 'intueretur', M. 'intuerentur'. d. Qui eodem tempore in expedicione contra Damiatam (!)

Domine — domina vestra = Montal. S. 59.

uxorem — teneor = Montal. S. 59.